Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

The following is in Longmans Cat. 1820 p 41 "sine loco, aut Anno sed Colon typis Uldar. Zel. circa 1470" p ii

Johannes Gerson Cancellarius Parisiensis denominatus, hac tempestate floruit, etiam Concilio Constantiensi nonnulla pro rege Franciæ et aliis absolvit. Vir admodum doctus. Theologus summus, ac, pro -sui seculi christianissimus Doctor. Qui scripta varia et libros a se editos exellentie profutura post se reliquit. Is tandem anno Dni. M. CCCC. XXIX. superos petiit die XII Julii —

Vide Nuremberg Chronicle —

Dr Gerson's Treatise of the Imitation of Jesus Christ is mentioned in the Revd Mr Coxes Acct of Margarete Countess of Richmd & Derby Vol 1. British Cabt. or Portraits of Illustrious personages. By John Adolphus — He was born in 1363 at Gerson, in Champagne, near Rhetel — Was one of the most Eminent Theologians of his time On Acct. of which, & his piety, he was stiled Evangelical & most Christian. Du Pin says, "the Church never had an Author of greater Reputation more profound Knowledge, or more solid Piety. Vide Barbers Life of Wiclif 1810 p 52

Incipit opuſculum tripartitū de preceptis decalo
gi. de confeſſione et de arte moriendi. per eximiū ſacre
theologie profeſſorez magiſtrū Johānem gerſon alme
uniuerſitatis pariſienſis Cancellarium.

Riſtianitatis ſuus qualiſcunqʒ zelator proſ
peruʒ ad uirtutes uiciis depulſis incremen
tum ſalubre duxi ſequens opuſculum tripar
tituʒ de preceptis. de confeſſione. de ſcientia
mortis breuiori modo quo potui tradere. quatuor pre
ſertim criſtianorū generibus profuturū. Primo ſacer
dotibus et curatis illitteratis atʒ ſimplicibus qui con
feſſiones audire ſolent. Secūdo indoctis quibuſcunqʒ
perſonis ſecularibus aut religioſis que eccleſiis ſoli
tis ſermonibus aut predicationibus. pro diuinorū pre
ceptoruʒ noticia intereſſe non poſſunt. tercio pueris et
iuuenibus qui a rudimentis infantie circa fidei noſtre
generalem tenorem et principalia puncta primitus de
bent erudiri. Quarto perſonis domos fidei uel hoſpi
talia loca frequentātibus et infirmorū ſollicitudinem
gerentibus. Quo circa ad huius doctrine publicatio
nem quadruplex perſonarū ſtatus debet uigilare eccle
ſie. Primo ſuperiores et prelati quos inferiorum regi
men de propinquo concernit quibus inſuper curatorū
ignorātia craſſa diuine legis. et inſufficiens populi e
ruditio imputabitur in peccatū. Secūdo parentes pro
filiis apud ſcolarum rectores inſtare deberent. tercio
domorū dei et locorū hoſpitalium guberuatores et ma
giſtri. Quarto illi qui in uerbis aut factis et aliis ſig
nis alios ad peccandum induxerunt. Quiqʒ ex officio
alios docere debuerant. et id agere negligunt. hi nāqʒ

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

ſumptibus ſuis et diligentiis per huius aut ſimilis do
ctrine publicationeʒ debent aliorum correctioneʒ pro
curare. hoc enim agere penitentia quedaʒ eſt. hoc ſatiſ
factio. hoc opus miſericordie deo acceptius ꝙ̄ elemoſi
na corporalis. Agant igitur prenominati ꝙ doctrina
hec libris inſcribatur. tabellis affigatur: tota uel per
partes in locis communibus utpote in parrochialibuſ
eccleſiis. in ſcolis. in hoſpitalibus. in locis religioſis.
Deniqʒ expediens uideretur ut ſuper hoc fieret a prin
cipibus edictuʒ. aut ꝙ ab eccleſie prelatis indulgentie
conferrentur. Actor uero ſeipſuʒ exonerat apud te criſ
tianitatem ſanctiſſimam agat quilibet qui in te et de te
gloriatur quod bonum eſſe cognouerit. gloria ſit altiſ=
ſimo deo in cuius nomine preſens aggredior opus ad
ſalutem fidelium animarum ordinatū. ad eruditioneʒ
precipue rudis et ideote populi. et eorum quibus con=
ſuetis eccleſie ſermonibus et predicationibus minus=
intereſſe aut informari conceditur. in quo ueluti tabel=
la quadam et compendio breui tenorem fidei criſtiane
lucide poterunt in ſequentibus inſpicere: et diuina pre
cepta prohibitioneſqʒ ut ex his quid agere quidue fu=
gere debeant poſſint diſtinctius agnoſcere. Continet
autem preſens tractatulus capitula octodecim. quorū
quodlibet in duas uel tres uel quatuor particulas con
uenienter ſubdiuidi poſſet.

Primum capitulum affirmat mundum a deo fuiſſe
creatum et ꝙ ipſe deus unus ſit et trinus. Cur etiā aut
ad quem finem homo creatus ſit.

Irmiſſime credenduʒ eſt et nullatenus dubitā
duʒ ꝙ ſolus unus eſt deus omnipotens. omnia
ſciens. et omneʒ perfectioneʒ habens. in tribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

perſonis diſtinctis. que ſunt pater. et filius: et ſpiritu
ſanctus. qui mundum creauit et creatum regit et gu=
bernat ſola ſua liberrima uolũtate: et dignatiſſima bo
nitate. Speciali autem prouidentia gubernat et diri
git humanam creaturam. dans uiris et mulieribus a=
nimas immortales. creans autem temporaliter: tunc
cum eas corporibus infundit ad imaginem et ſimilitu
dinem ſuam creans eas. ut creatus homo ſuum condi=
torem deum cognoſcat. diligat. ueneretur. et eius pre=
ceptis in hac mortali uita obediens: per opera bona et
meritoria uitam tandem immortalez beatitudinis ple
nam in anima et corpore perpetuo conſequatur. et ita
ſit bonis angelis aſſociatus. et in loco malorum ange=
lorum ſiue demonũ ſubſtitutus. Qui demones propter
peccatum in has inferiores partes terre corruerũt dã
nationis ſententiam ſuſtinentes. Cum quibus etiã iuſ=
tiſſime damnabuntur homines iniqui diuinis precep=
tis inobedientes. et morte beſtiali quaſi non haberent
animam rationalem ſuis uoluptatibus ſeruientes.

Secundum capitulum oſtendit humanum genus
propter primorum parentum tranſgreſſionez et pecca
tũ multiplicez incurriſſe miſeriã.

Idei ueritate credendum eſt primos parentes
noſtros Adam ſcilicet et euam qui ad taz nobi
lem finem conſequende beatitudinis creati fu=
erant clauſiſſe paradiſi ianuam et beatitudinis intro=
itum toti ſue poſteritati generis humani Ipſi eniz per
peccatum inobedientie donum iuſticie originalis qua
dam hereditaria poſſeſſione pro ſe et ſuis poſteris ac=

ceptum a deo ipſi ueluti proditores perdiderunt. Quo dono gratuito originalis iuſticie conſeruato nos omnes a culpa immunes fuiſſemus. et ab omni miſeria famis et ſitis aut infirmitatis abſoluti. et ab alia qualibet penalitate liberi. adeo ꝙ omnis alia corporalis creatura nobis pacifice ſubiecta fuiſſet. et tandem abſqz mortis pena in paradiſum fuiſſemus tranſlati. Dono autem iſto per peccatum primorum parentuz ut premiſſum eſt perdito: nos moriendi neceſſitatem et uniuerſaz quam patimur penam atqz miſeriam incurrimus: qui a naſcimur in peccato originali. ſcilicet in predicte originalis iuſticie carentia. contra quod peccatuz tanꝙ remedium efficax a Criſto inſtitutum eſt baptiſmi ſacramentum.

Capitulum tercium declarat qualiter a deo redempti fuerimus: quis etiam ſit generalis tenor criſtiane fidei et credendorū a ſingulis.

Iiſſimus pater ac omnipotens dominus nolens humanum genus tot et tantis ſubiectum miſeriis in eternum perire et a regno paradiſi in perpetuuz exulare. concurrente iuſticia ſimul et miſericordia hiis remedium decreuit adhibere. Siquidem uoluit idem piiſſimus pater unigenitum filium ſuum abſqz corruptione carnem ſumere et hominem fieri intra intemerate uirginis marie immaculatum uterum. tantaqz et tam mirabilis unio facta eſt duarum naturarū diuine et humane in una perſona filii dei. ut uere deus homo diceretur et homo deus. Ipſe eſt Jheſus criſtus ſaluator noſter pariter et redemptor. Qui ātea quidem a patriarchis et prophetis denunciatus nouiſſime in fi

ne temporum in hac ultima mundi etate conceptus eſt natus a paſtoribus eſt cognitus. a tribus regibus ori-
entis adoratus. a ſimeone ſene et aliis ꝙpluribus pre-
dicatus. et a beato Johāne baptiſta digito demonſtra
tus. Idem deus et dominus noſter Jheſus criſtus circiter annorum trium ſpacium legem diuinam criſti anamqȝ religionem predicauit et docuit: eam innume
rabilibus miraculis confirmando. quam et in ſcriptu-
ris quatuor euangelioruȝ nobis per ſuos miniſtros ex
hibitam obſeruandam reliquit. Inſuper ordinauit ſep
tem ſacramenta eccleſiaſtica que ſunt. baptiſmus: con-
firmatio. ordo. euchariſtia. penitentia. matrimonium.
unctio extrema. Ipſe poſtremo ut nos redimeret et ſaluaret ſub poncio pilato ſupplicio crucis acerbiſſi-
mam ſuſtinuit paſſionem et mortem. ſepultus deinde et tercia die reſurgens ſpacio dierum quadraginta diſci
pulis ueritatem ſue reſurrectionis declarans frequen-
ter apparuit: et tandem uidentibus apoſtolis celos aſ-
cendens ſedet ad patris dexteram in excelſis. Poſtre-
mo uenturus eſt idem dei filius Jheſus criſtus in fine mundi per ignem finiendi et in melius immutandi iu-
dex generalis hominum cunctorum in anima et corpo
re reſuſcitandorum. redditurus ſingulis premia meri-
torum: bonis ſiquidem celeſte regnum perhennis beati
tudinis. peccatoribus uero penale ſuppliciū ignis eter
ni. hic eſt generalis tenor orthodoxe fidei criſtiane quā firmiter credere tenetur catholicus quilibet ratione utens abſqȝ curioſitate pure et ſinceriter. ſine falſitate et certitudinaliter reiecta dubietate et nolens plus ſa-
pere ꝙ oportet. procedens ſuperuacue uſqȝ ad quaſli-
bet difficultatum minucias ſed occurrentibus difficul

tatum nodis humiliter ſe ſubmittat credulitas ſimpli-
cium intemerate fidei ſancte matris eccleſie ſapientum
prelatorum et doctorum ac omnium ſanctorum et ſanc
tarum qui in teſtimoniuꝫ huius inuiolate fidei uſqꝫ ad
mortem dimicauerunt. Contra hanc fidem illibataꝫ
grauiſſime peccant heretici. ſciſmatici. idolatre. ſortile
gi. incantatores. et magici ceteri qui artibus a lege di-
uina prohibitis utentes aut demonum inuocatores. et
generaliter qui articulos fidei noſtre totaliter aut in
parte palam uel occulte derident. Illi preterea qui non
credunt deuꝫ omnia iuſtiſſime regere ſua liberrima uo
luntate. ſed potius aſſerentes omnia nature uel fortune
uel fato ſubiici. Preterea malorum etiam quemadmo-
dum bonorum finalem ſaluationem affirmantes. Illi
deniqꝫ qui noſtrorum actuum imputabilitatem ad me-
ritum uel demeritum negant qui dei predeſtinationem
uel reprobationem dicunt operum noſtrorum tollere li
bertatem hii et horum ſimiles contra fidem orthodox-
am ſunt errores innumeri procedentes ex intellectu ſu-
perbo. humiliare ſe deo recuſante. aut ex falſa philoſo-
phia uel potius melancolia fantaſtica. aut demum ex
uoluptuoſa carnalitate rationis iudicium et affectus
pietatem ſubuertente.

Quartū capitulum manifeſtat quid nobis deus ob-
ſeruandum precepit enumerans decem precepta deca-
logi.

I igitur in ſuperioribus habitum eſt deus opti
mus atqꝫ iuſtiſſimus nos homines ultra ſupra
qꝫ irrationales creaturas adeo excellenter con
diderit ad imaginem ſuam. ſcꝫ dans memoriam intel-
lectum. atqꝫ uoluntatem. ut cognoſcamus eum ſeruia-

mus et amemus. misericordiſſime preterea redimerit paſſionem pro nobis talem perferendo: qualem nec ipſi pro delictis noſtris sufferre uellemus. profecto iuſtiſſimum eſt ut ipſi deo fideliter ſeruiamus. tanꝗ ſubiecti ſupremo domino. ſicut filii naturales patri legitimo et uelut ſerui ex diro peccati carcere morteqȝ redempti ſaluatori liberaliſſimo: Attento ꝙ nobis eius precepta ſeruantibus gloria inexcogitabilis ab eodem promittitur. tranſgreſſoribus uero ineſtimabilia tormenta reſeruantur. Cognoſcens nihilominus ipſe piiſſimus pater noſtram fragilitatem et exiguam potentiam nequaꝗ requirit a nobis omne ſeruitium quod ſecunduȝ iuſticie rigorem exigere poſſet. dedit quin potius certū numerum preceptorum quorum obſeruatio ſibi ſufficiens eſſȝ. que etiaȝ legis decalogo continetur. Quapropter ad hec precepta ſcienda et intelligenda tenetur quilibet per ſe uel alium diligentiam apponere pro conſeruatione uite ſpiritualis quantam pro uite corporalis ſuſtentatione poneret. et eo maiorem quo immortalis anima eſt corpore preſtantior. ſine quorum noticia nullus poteſt conuenienter peccata uitare aut ab eis reſurgere. et quorū iguorātia ex deſidia proueniens non excuſat ſed accuſat et condemnat. Sunt autem hec decem precepta hiis metris comprehenſa.

unum crede deū. nec iures uane per ipſuȝ.
ſabbata ſanctifices. habeas in honore parentes:
non ſis occiſor. fur. mechus. teſtis iniquus.
uiciniqȝ thorum. reſqȝ caueto ſuas.

Quintuȝ capitulū de explanatione primi precpti.

PRimum preceptum eſt. Diliges dominum de-
um tuum ex toto corde tuo. ex tota mente tua. et
ex tota uirtute tua. hoc eſt. Scienter non uoles
rez quamcunq3 amare plus q̃ deum. propter quod dei
amorem perdas. Preceptum autem hoc conuenienter
ab homine ſeruatur et non aliter ſi legem dei et alia pre
cepta operibus impleat. Quiſquis enim mortaliter
peccat preceptum hoc infringit quia uoluntatem ſua3
diuine uoluntati oppoſitum precipienti anteponit.
Specialiter autem contra hoc preceptum agunt homi
nes ingrati contra diuina iudicia et ordinationes aut
regimen erga ſe uel alias creaturas murmurantes. q̃-
ſi non eſſet deus omnino iuſtus bonus atq3 miſericors
et totus amabilis atq3 deſiderabilis Illi ite3 qui in
foueã deſperationis ſeipſos precipitant per impacien
tiã Illi preterea qui urgente infirmitate aut neceſſitate
aliqua ſortilegos conſulunt et diuinatores utentes po-
mis inſcriptis aut breuibus cartulis ſiue cedulis col-
lo ſuſpenſis aut caracteribus et aliis quibuſ libet uaniſ
credulitatibus. quaſi deus ipſe non eſſet uſq3quaq3 bo
nus potens et ſapiens ad eis ſuccurrendum quantum
ſit eoru3 neceſſitatibus expediens. Igitur faciat homo
in neceſſitate conſtitutus quantum poteſt procurans re
medium naturali induſtria non temptãdo deum. quod
graue peccatum eſt aut noua miracula expectando et
deſiderando. Reliquum uero quod nature uires exce-
dat deo plena fide committat et indubitanter deus qui
noſcit omnia quiq3 optimus eſt illud quod optimū eſt
commodiſſimūq3 fuerit homini conferet. Sepe equi-
de3 infirmitas paupertas uel alia tribulatio eſt homini
bus utilior q̃ nimia proſperitas qua faciliter abutimur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

Scit nanqȝ pater quid filio proſit ſuo. magiſter quid
diſcipulo conueniat. et medicus pacienti de remedio
competenti nouit melius prouidere. Peccant inſu-
per contra preceptum hoc illi qui mundano quodaȝ ti
more irriſorum aut oblocutorum uerba formidantes:
diuinis preceptis obedire uerentur. Quapropter etiā
grauiſſime peccant huiuſmodi irriſores perſonas diui
no ſeruitio dedicatas in ſtatu religionis. uirginitatis.
aut uiduitatis conſtitutas. aut ſtudio theologie depu-
tatas affectione carnali a bono opere retrahentes.
Rurſus hoc precepto nobis precipitur honor et reue-
rentia ſanctis adhiberi: ſpecialiter uirgini marie et bo
no angelo cuſtodi noſtro ut nihil turpe ipſo uidente et
preſente faciamus quod preſentibus hominibus age-
re refutaremus Deniqȝ ſanctorum reliquias loca ſanc
ta et beatorum imagines debemus uenerari. non pro
ipſis ſed quia uidendo eas honorem impendimus re-
bus repreſentatis per eas iuxta ritum ſancte matris ec
cleſie. alioquin peccatum idolatrie committitur ima-
ginem ſecundum ſe adorando. credendo ipſam imagi-
nem pulcram ſiue turpem nouam aut ueterem plus a-
liquid habere uirtutis et quicq̄ numinis includere uel
diuinitatis. Precepto huic plurimum contrariatur ni-
mius honor dominis temporalibus aut magnatibus
adulatione ſiue malo aliquo fine exhibitus. Simulati-
o etiam omnis uel ipocriſis ad inanem gloriam homi
nū aut fallaceȝ deceptioneȝ ordiāta. immoderatus iteȝ
amor parentū erga filios et generaliter auri uel argen
ti aut alicuius creature. ſic ꝙ homo ibi ſiſtat et in eis
confidentiā ponat. non eniȝ hec omnia ab inferno nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

poterũt liberare ſolus quippe deus eſt uerus et fidelis amicus qui in extrema neceſſitate opez preſtare poteſt unde et ſuper omnia confidenter cum cordis ſinceritate honorari debet adorari et diligi.

Sextum capitulũ eſt de ſecundo precepto.

Secundum preceptũ eſt. non iurabis per nomen dei tui inuanum et ſine cauſa. Contra preteptũ hoc principaliter agunt qui ſcienter quod falſuz eſſe credunt iurant. periurium committendo. ualde nanqz hoc peccatum eſt cum deus aſſumatur tanq̃ teſtis falſitatis. et qui artificioſe iurat falſum. artificioſe deiurat quanq̃ enim pro loco et tempore conuenienter ueritas poſſit ſubticeri. non tamen dici falſum ſcienter et periurium committi. Peccant etiam grauiter contra preceptum hoc qui turpia faciunt iuramenta. deum blaſphemantes et animas ſuas iurando demonibus deuouentes. quiqz de humanitate criſti et ſãctis inhoneſte loquuntur. Contra quos omnes ſic periuros et blaſphemos ſtatute ſunt leges punitiue tam a terrenis principibus q̃ a prelatis eccleſiaſticis. unde dolenduz eſt q̄ propter negligentiaz ipſorũ quibus penas exequi pertinet non ſortiuntur effectum. multum uero diligenterqz premiſſa deberent attendere: hii qui cauſa lucri facile iurant. quemadmodum mercatores et mercatrices. Illi etiam qui abſorpti paſſione aut ebrietate in ludis frequenter inhoneſtis ſiue prohibitiſ ut eſt taxillorũ ludus enormiter iurant. et generaliter quicunqz peruerſa conſuetndine aut inclinatione p̄cen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

iuramentuꝫ emittunt. In talibus quippe ſepe periuriū
committitur. propter quod etiam tales aliqui peiores
ſunt in hoc ſaracenis aut iudeis minus diem honoran-
tes. Ad hoc auteꝫ genus peccati periurii ſcꝫ. reducitur
uotorum fractio et ſolutio fidei matrimonialis: et ge-
neraliter infidelitas: qua in alterius preiudicium ſecre
tum ipſum reuelatur: ſiue per confeſſionem ipſius. ſiue
alio modo ſecreto cognitum. lege nanqꝫ diuina et natu
rali ſecretum teneri debet quod in ſecreto acceptum eſt
niſi alia uia fuerit ſibi detectum: Poſtremo contra pre-
ceptum hoc reductiue peccant qui uouent aut promit-
tunt ea que ſunt de ſe illicita. quanq̄ ſi promiſſa talia o-
pere compleant grauius inde et damnabilius peccant.

Septimum capitulum de tercio precepto.

PReceptum tercium eſt. tu obſeruabis dies do-
minicos et feſtiuos ab eccleſia ſeruari precep-
tos. hec obſeruatio aut ueneratio multipliciter
accipienda eſt. Primo quidem ut quilibet criſtianus il-
lo die dominico uel feſtiuo legitimo impedimento ceſſā
te miſſam audire teneatur. Secundo ut quilibet eo die
abſtineat ab omni labore aut mercatione et alio quouiſ
laborioſo opere ſecundum ritum et conſuetudinem pa-
trie quam inhabitat: quam conſuetudineꝫ prelatus ſpi
ritualis illius loci cognoſcens non prohibet. ꝙ ſi ali-
qua ſuper huiuſmodi conſuetudine ſeruanda aut aliis
caſibus dubietas occurrat: conſulat ille superiores ſu-
os et peritos ne per amplam nimis aut ſtrictam con-
ſcientiam in peccatum cadat. Accipienda eſt tercio hec
obſeruatio ſiue ueneratio unuſquiſqꝫ illo die propriam
uitam et conſcientiā diſcutiat de commiſſis criminibus
a deo ueniam petens. Recognoſcere debet tunc etiā criſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

ſtianus multiplicia beneficia ſibi a deo preſtita. non in aliquo murmurando. aut ſibi guerraz de bonis ſuis faciendo ſed gracias referendo. Debet tunc audiri uerbum diuinum et ſpiritualis doctrina pacifice atqz reuerenter abſqz irriſione aut impedimento quocūz. Preterea meditetur quilibet et coram oculis cordis quantum poteſt conſtituat mortem ſibi de propinquo imminentem infernum atqz paradiſum. mortem etiam primorum hominū qui in hac uita prefuerunt. facta etiā memorabilia ſanctorum et ſanctarum dicat. Pater noſter aue maria. Credo et alias ſi quas didicerit orationes deuotas. penitentias iniunctas ſibi diligenter perficiat. requirat inſuper diuinum auxilium interceſſione mediante ſanctorum et ſanctarū a quibus uelut pauper et mendicus elemoſinam ſpiritualem poſtulet nūc ad unnm nunc ad alium ſe conuertens quouſqz bonuz aliquod ſpirituale in ſaccum ſue paupertatis congeſſerit. Preterea doceat quiſqz curam aliorum habens filios aut filias et alios ſeruitores diebus ſolennibus et feſtiuis ſimilia facere. Culpabilis eſt enim defectus horum omiſſio. Predictis tamen non obſtantibus licite poteſt homo diebus dominicis et feſtiuis aliquā recreationez et ſpaciamentū uel ludū honeſtum cā ſolacii aſſumere plus q̄ꝫ alio tempore dummodo per peccatuz mortale non offendatur deus commedendo: bibendo: choriſando aut alium luduz inhoneſtum exercendo quanq̄ꝫ frequentiſſime in talibus ludis grauia peccata committātur quemadmodum periuria rixe diſſentiones deſideria carnalia opera uerba et carmina luxurioſa contra deuz et equitatez iuſtitie. adeo ut ſepius die dominico minus malum eſſet arare q̄ꝫ talia perpetrare

Contra pꝛeceptum hoc peccant grauiter impedien-
tes pꝛedicationem aut diuinum ſeruicium uerbis. aut
factis intra eccleſiam aut extra quiqȝ circa euchariſtie
ſacramentum irreuerentes ſunt. aut erga alia eccleſiaſ
tica ſacramenta. ſicut baptiſmi et matrimonii celebra
tionem quidā ſunt irridentes et ſacramenta confirma-
tionis et unctionis extreme ſuſcipere contemnentes.
Ceterū contra idem pꝛeceptū ualde grauiter delinquūt
hii qui in certis ſolennitatibus anni irreuerentias mul
tas et abhominabiles perpetrant: illi etiam qui talia
facientibus dant conſenſum: illi pꝛeſertim qui ex offi-
cio poſſent et deberent talia impedire. nec excuſari poſ-
ſunt ludi: pꝛetextu conſuetudinis. Aſſerit nanqȝ ueridi-
cuȝ pꝛouerbium: non patitur ludū fama. fides. oculus.

Capitulū octauū de quarto loquitur pꝛecepto.

honoꝛa parentes tuos: eſt quartum pꝛeceptū hoc
autem accipiendum eſt non tantum de parenti-
bus carnalibus: ſed et de pꝛelatis eccleſiaſticis
et curatis noſtris: qui nos in criſto regenerauerunt et ge
neraliter de pꝛepoſitis et ſuperioꝛibus magiſtris. ſcilicȝ
benefactoꝛibus noſtris et terrenis pꝛincibibus. Conſi-
militer etiam de moꝛtuis et defunctis intelligendun eſt:
quo ad hoc ꝙ pꝛo ipſis deum rogare tenemur. Contra
pꝛeceptum hoc grauiter peccant hii qui ſine cauſa ratio
nabili ſuis ſuperioꝛibus quibuſcūqȝ detrahunt aut ma
ledicunt: et eos pꝛodunt: uel moꝛteȝ eis optant. quemad
modum mali filii parentum ſuoꝛum moꝛtem frequenter
deſiderant. ut eoꝛum hereditatem poſſideant. Precep-
tum hoc tranſgrediuntur etiam qui contemnunt pꝛecep
ta ſancte matris eccleſie ueluti excommūicationis ſenten
tiā paruipendentes. et ieiunia indicta ab eccleſia ſine cā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

rationabili ſoluentes.cum tamen ea obſeruare poſſent
ſine ſui corporis notabili grauamine. Sicuti liberta
tuʒ eccleſie uiolatores que libertas eccleſie conceſſa eſt
non tam fauore miniſtrorum eccleſie.quantum intuitu
diuini honoris: non enim propter maliciam aliquorū
miniſtrorum eccleſie debet a quoꝗ fideli criſtiano ſta-
tus prelaticus aut eccleſiaſticus diffamari aut ledi.
nec perdit uirtutem ſuam baptiſmus aut miſſa celebra
ta ſiue aliud ſacramentum propter maliciaʒ miniſtro
rum. tenetur preterea hoc precepto laicus fidelis quā
ꝗ aliqui eccleſie miniſtri mali ſint. debitum reddere.
miſſam audire. decimas et oblationes et alia iura red
dere ordinata pro ſuſtentatione eccleſie miniſtrorum
qui uacando diuino ſeruicio toti reipublice ſeruiunt.
plurimis aliorum hominum propter temporales et ne
ceſſarias occupationes ab hoc miniſterio preditis.qui
ſic eccleſia debitum reddit.liber et immunus deo et ho
minibus ſeruit. Porro preceptum hoc infringunt qui
leui et nimis et inſipienter redarguunt terrenos prin-
cipes ſuper eorum actibus publicis ſiue conſtitutioni
bus et ſtatutis non attendentes ſepe eoruʒ onera et ſar
cinas graues quas ſubditus populus non debʒ nec po
teſt cognoſcere. quapropter nec eos de facili iudicare
debet.multa potius examini diuino reſeruantes.coraʒ
quo ſunt ipſi principes actuum ſuorum rationem red-
dituri. Deniqʒ ſoluunt hoc preceptum qui nolunt ſu-
periorum ſuorum aut ſapientiorum acquieſcere conſi-
liis.propriis iudiciis innitentes prouenit quippe gra
ue peccatum hoc ex inobedientia et dedignanti ſuper-
bia in errorem et deceptioneʒ hnomineʒ inducens.Con
tingit nanqʒ ſepius ut aliquis homo taliter deceptus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

ſuperbia. tante ſe reputet ſanctitatis ut humano conſi-
lio non indigere ſe credat. Proinde fit ut deceptus ho-
mo ille propter auſteram nimis et indiſcretaz abſtinen
tiam quam bonam eſſe credit capitis furiam aut aliaz
infirmitatem incurabilem malo fine periturus incur-
rat.

Capitulum nonum de quinto precepto.

Preceptum quintum eſt. non occides hominem et hoc eſt intelligendum q non eſt interficiendus homo auctoritate propria uel particulari. et per uiam facti pretermiſſa uia iuſticie et equitatis. hoc precepto diſtricte prohibetur omne peruerſum odium et deſiderium uindicte ſeu mortis aliene. malū itez conſilium et conſenſus iniquus in alterius nocumentū leſionem uel mortem. Et ſi perſona leſa fuerit eccleſiaſtica. aut in ſtatu clericali conſtituta grauius eſt peccatum. et incurrunt eo facto ſic agentes excommunicationis ſententiam. Contra preceptuz hoc grauiter delinquunt hii qui odio uel rancore principaliter moti: aut intuitu uindicte aut alieni grauaminis potius q̄ zelo iuſtitie inſtigati proximos ſuos per placitationes aliq̄s et proceſſus aut iudicia publica multipliciter uexant. etiam quod ſuum eſt requirentes. Poteſt nihilominus homo quod ſuum eſt in iudicio publico repetere et ordine iuris ſeruato emendam rationabilem ſue damnificationis requirere abſqz hoc q odiendo proximuz mortaliter peccet. quanq̄ ſepe pro pace propria et tranquillitate et attenta proximi indiligentia: eligibilius eſſet omnem emendā abſqz lite publica remitti. Dicitur nāqz uulgo. In denario litis non eſt obulus amoris Is uero multum debet attendere qui ledit alium q ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

alterius mutilatione uel occiſione ſiue leſione quacunq3 contingit interdum leſum cu3 ſuis heredibus depauperari. in quo caſu ledens quemadmodu3 fur aut latro ad omnium bonorum perditorum reſtitutionem tenetur. Preterea contra preceptum hoc grauiter peccãt qui quoquo modo impediũt ex commixtione uiri et mulieris fetum naſci aut abortiuum procurant. ſeu percuſſione uiolenta uteri. aut nimia ingluuie. aut propter anguſtiam ueſtimentorum ad laſciuiam ordinatã aut aliam quamcunq3 negligentiam fetus cuſtodiam. q᷒ ſi fetus iam erat animatus grauius eſt peccatum. tũc enim uere homicidium perpetratur. Inſuper contra preceptu3 hoc ſpecialiter peccant inuidi detractores odio pleni et iracundi tunc precipue cum inter affines aut alios cognatos guerras aut diſcordias implacabileſ excitant ex quibus mala plurima oriuntur. adeo ut is qui litem mouit eam cum uellet non ſciret aut ualeret cedare. unde et apud deum damnorum inde prouenientium reus conſtituitur. Deniq3 occurrit contra preceptu3 hoc damnabilis et horrenda conſuetudo in aliquibus obſeruata prouinciis: qua pro unius delicto tota ipſius progenies in mortem et perſecutionem perquiritur.

Precepto hoc tandem interdicitur omne duellũ mortale aut torneamentum quibus mortis ueriſimiliter imminet periculum.

Decimum capitulũ de ſexto loquitur precepto.

PReceptum ſextum eſt. non furtum facies. et eſt furtum uel latrocinium rem alienam rapere ſiue retinere alio cuius eſt ignorante: ſic q᷒ ipſi hoc cognoſcenti diſpliceret. Precepto hoc diſtricte prohibetur omnis iniuſta mercio: cultura quelibet terre.

aut laboꝛ infidelis et fallax:aut quodlibet mendoſum artificium.fictus etiam diete laboꝛ.et rerum uenaliuꝫ inutiliū quomodolibet pꝛo utilibus uenditio.ſiue uenditoꝛ earum res eas emendo deceptus fuerit ſiue non. non enim quia deceptus ſum licite poſſum alium decipere. Pꝛohibetur item hoc pꝛecepto omnis uſura falſa aduocatio aut patrocinatio placitatioqꝫ uel lis non rite aſſumpta.fraudulenta pꝛocuratio.aut iniuſtuꝫ iudicium.et generaliter omnis deceptio manifeſta aut falſo coloꝛe uelata qua quis alteri damnum facit quod ſibi nollet fieri.Aggrauatur autem peccatum hoc furti uel latrocinii ex circunſtantiis loci et tempoꝛis perſone et ſimilibus.quemadmodum ſi rem ſacram in loco ſacro.aut tempoꝛe oꝛationi deputato quis auferat.Si etiam perſona damnificata pauper fuerit et in ſe uel in ſuo ſtatu aut in ſuis heredibus ex hoc graue detrimentum patiatur.Requiritur autem ad perſone ſic alium damnificantis abſolutionem ut ablata et damna ex integro damnificato reſtitnat ſecundum iudicium boni uiri quemadmodum citius et commodoſius poterit.ꝙ ſi facultas non ſit omnia reddere.ſaltem quod poterit reſtituat.et ſi damnificatus ignoretur ablata nihilominus in pios uſus et elemoſinas diſtribuat ſecundum iudicium ſuperioꝛis Pꝛohibetur etiā pꝛecepto hoc omniſ ſimonia que eſt ſacroꝛum uenalitas.pluralitas item beneficioꝛuꝫ abſqꝫ rationabili cauſa et foꝛmatio uel uſuſ falſe monete.Item rem aliquā ad certos terminos ad credentiā plus iuſto uendere.et omnis contractus illicitus Preterea pꝛohibetur hoc pꝛecepto omnis detractio et diffamatio qua alterius fama bona omni argento pꝛeſtātioꝛ alteri iniuſte tollitur.Debet equidem ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

diffamans alteri famam ablatam reſtituere quantum
poteſt publice quandoqꝫ ueritateꝫ confitendo et ſe ma
le feciſſe aſſerendo et multo magis ſi totum aliquem ſta
tum iniuſte diffamauerit. Inſuper hoc preceptuꝫ in
fringunt qui a ſubditis ſuis ultra iuris equitateꝫ et rei
publice neceſſitatem temporalia bona uiolenter diripi=
unt. qni etiam leges iniuſtas aut precepta condunt con
tra deum et eccleſiam qui in eo facto excommunicatio=
nis ſententiam incurrunt. Amplius hoc tranſgredi=
untur preceptum adultere mulieres illegitimos filios
ad legitimorum hereditatem ſuccedere facientes que=
qꝫ uirorum ſuorum bona eis ignorantibus ſumptuoſe
nimis conſumunt. Conſimiliter delinquuut filii pa=
rentum bona eis neſcientibus inutiliter exponendo. ſer
uitores etiam et diſpenſatores dominorum ſuornꝫ aut
magiſtrorum bona infideliter miniſtrando. eccleſiaſti=
ci uiri bona eccleſie luxurioſe aut pompatice aut ea in
theſauros cumulando. Illi item qui terminos agro=
rum dilatant proximos defraudando. Qui tributa iuſ
te inſtituta ſolnere rennuūt. et hii quibus commiſſa eſt
teſtamentorum executio. elemoſinas et cetera legata in
preiudicium defunctorum implere differentes aut ſol=
uere recuſantes. Plurimi ſunt modorum horum ſimi
les qui ex precedentibus immoderatis ſumptibus pro
ueniunt. cum quis multipliciter ultra redditus et pro=
uentus proprios ſumptuoſum gerit ſtatum: ſumptuo=
ſus nanqꝫ ſtatus ſumptuoſas requirit expenſas. Poſ
tremo contra preceptum hoc grauiſſime peccāt hii qui
pecunia aut prece uiolenta parentes. propinquos. aut
ſeruitores principaliter intuitu ſeruicii eccleſie bona oc
cupare procurant cum preſertiꝫ eccleſiaſtica beneficia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

dignis et ſufficientibus debeantur. et pure non ſimoni
ace conferre debeant. Alioquin in beneficio nullu; ius
acquirit nec a crimine liber eſſe poteſt quouſq; benefici
um ſimpliciter reſignet ſimoniace promotus.

Capitulum. xi. Septimū continet preceptū.

PReceptum ſeptimū eſt. non mechaberis nec lux
urioſus eris. Inhibetur hoc precepto ſub pena
peccati mortalis omnis ſocietas et omnis car-
nalis commixtio uiri et mulieris excepta matrimonii le
ge. huius nanq; oppoſitum aſſerere eſt error contra fi-
dem. Prohibetur etiam precepto hoc tam in matri-
monialiter coniunctis ꝙ in ſolutis omnis luxurioſus
attactus membrorum genitalium quo non ſeruatur na
turalis ordo inditus a natura. uel non rite copulantur
partes ad generationem a natura deputate. Peccatum
etiam hoc tanto eſt grauius quanto a naturali ordine
longius recedit. ſiue inter perſonas ſolutas. ſiue quod
crimen uariat coniunctas matrimonialiter. ſiue fuerit
attactus in ſe uel in alia perſona aut reſpectu beſtie in
altera ſpecie per turpiſſimam et illicitam complacenti-
am conſummatus. ſi deniq; ſpecialiter attactus ipſe in
naturalis proueniat a fediſſima uiliſſimaq; delectatio
ne que mollicies uel pollutio dicitur. Si quis autem in
hiis uel in aliquibus horum culpabilis ſit ſufficienter
intelligere poteſt quid iſti modi generales loquendi ſig
nificent. nec enim particularius extra confeſſionem eſt
abhominabilis hec immundicia explicāda. ne caſte au
res pure et innocentes horum prius ignotorum notici
am acquirant et ſcandaliſentur. Sunt etiam caſus
iſti enormium contra naturam peccatoru;. prelatis ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

ioꝛibus epiſcopis ſcilicet et ſuis penitentiariis ad ab=
ſoluendum reſeruati.quoꝛum aliqui ſecundum leges ig
nis pena plectuntur.nec poteſt aliquis quotcunqꝫ bo=
na et elemoſinas operetur ineternum ſaluari ſi pudoꝛe
motus hec peccata reticiat uel adeo celet ut non poſſit
confeſſoꝛ peccati ſpeciem diſtinctius cognoſcere et per=
pendere. Peccati nanqꝫ perpetratio debuit maioꝛeꝫ pu
doꝛem inferre ꝙ eius reuelatio pꝛeſertim in confeſſione

Incidit autem homo in hoꝛrenduꝫ peccatum hoc ua
riis de cauſis.aliquando quidem ex ſola malicia alteri
us impellentis.ſicut iuuenes aliqui peruerſi aliquos in
nocentes frequenter decipiunt.Alii ex nimio ocio fre=
quenter ex ſumptione nimia potus aut cibi.potuuꝫ pꝛe
ſertim aut ciboꝛum exceſſiue nimis ſupercalefactiuoꝛū

Sepe ex inhoneſtis uerbis aut aſpectibus radicatis
et fixis.Quandoqꝫ ex diuturna cogitatione circa car=
nalem actum uel commixtionem uiri et mulieris.aut in
oꝛdinato appetitu carnalis commixtionis cum tali uel
tali perſona.Interdum etiam ex peruerſa doctrina pa
rentum ſeruitoꝛum aut ancillarum.ſiue quod magnuꝫ
facinus eſt magiſtroꝛum cum quibus iuuenis aliquis
conuerſatur aut nutritur.uel poſtremo ex ſola peccati
malicia. Ceterum pꝛopter deteſtandum peccatū hoc
olim mūdus conſumptus eſt uniuerſali diluuio.et quin
qꝫ ciuitates ſodome et gomoꝛre adomaꝫobonii et bale
ipſe ſeger igne celeſti ſuccenſe ſunt ut habitatoꝛes earū
uiui deſcenderent in infernum pꝛopter idem peccatum
hoc quod diuinam exclamat uindictam. uenerunt ſepe
fames.guerre.peſtes moꝛtalitates; inundationes a=
quarun.pꝛoditiones regnoꝛum.et alie multiplices cla
des pꝛout ſcripture teſtātur. Principale uero et effi=

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

cax contra peccatum hoc et generaliter aduerſus luxuriam remedium eſt. ſobrietas uictus malorum uitare conſortia et ocium. malas et noxias cogitationes ſtatim repellere ne figãtur in corde. ex toto conatu preces ad deũ. uirginem mariã. ſanctos ſanctaſqʒ dirigere. cogitationes ſuas alíorſnm diuertere. et interdum corporalem penam libenter aſſumere. quemadmodum quidã peritus linguam propriam mordens et temptationem alloquens dicebat. phi. phi. phi. horrenda immundicia et tu nequiſſime demon auſus es mihi hanc illuſionem preſentare. Deniqʒ huius peccati luxurie plurime ſunt alie ſpecies ſecundum uarios hominũ ſtatns. quemadmodum carnalis commixtio affinium parentum aut aliorum religioſorum. Item perſonarum uiduarum aut uirginum conſtupratio. quandoqʒ raptus uiolentus. ex quibus infinite clades oriũtur. ut ꝙ perſona aliqua in uia perditionis conſtituitur. aut perpetuam incurrit infamiam. uel ſeipſam occidit uel infanteʒ ex ſtupro natum continuo non baptiſatum iugulabit. aut deniqʒ totus unus ſtatus aut communitas infamiam aut ruinaʒ patitur. Sentimus poſtremo huius peccati in ſomno fantaſias et illuſiones. tunc tamen eſt peccati periculum. cum quis antea uel poſt in uigilia in nocturna fantaſia uel pollutione delectatur.

Capitnlũ. xii. de octauo canit precepto

Ctauum preceptum eſt. non falſum teſtimoniũ dices. Precepto hoc omne mendacium prohibetur illud quod in alterius perniciem committitur. ꝙ ſi iuramentuʒ interuenerit grauius peccat quia periurus eſt. Pro ſalute etiam hominis corporali nunꝙ uel ſpirituali debet quis periurium committere. ſiue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

coꝛam iudice ſiue ſeoꝛſum. Periurium uero quod quis
in iudicio publico committit eſt caſus epiſcopo ad ab=
ſoluendum reſeruatus. Contra preceptum hoc graui=
ter peccant qui in confeſſione mendaciter peccatum ce=
lant. aut alium inique accuſant. Inſuper contra precep
tum hoc agunt qui delectabiliter nimis adinuentis no
uitatibus aut alioꝛum diffamationibus aures credu=
las pꝛebent occaſionez inde peccati aſſumentes. aſſeren
tes nimia leuitate de pꝛoximis mala. Zelotopi pꝛetere
a uel ſuſpicioſi pꝛoximos et actus eoꝛum male et ſiniſ=
tre iudicantes aut interpꝛetantes. adeo ut ex huiuſmo=
di credulitate falſa: iniuſta bella uel lites ſepe mouean
tnr.

Sequitur terciumdecimum capitulum quod nonuz ambit pꝛeceptum.

Nonum pꝛecptum eſt: non concupiſces uxoꝛem
pꝛoximi tui et conſimiliter nec femina uirū con
cupiſcat. Pꝛohibetur diſtricte hoc pꝛecepto
omnis modus uel geſtus exterioꝛ malus quo trahitur
alius uel ſollicitatur ad peccatum luxurie. ſiue per inter
nuncium. ſiue per miſſionem literarum. ſiue per minas
uiolentas. ſiue etiam per munera. per pꝛomiſſiones. per
mendacia aut fictas adulationes. ꝙ inſuper ſuperfluo
ueſtimentoꝛum oꝛnatu. inoꝛdinato inſpectu uel inceſſu.
uerbis turpibus aut deniqz attactu quolibet luxurioſo
ſicut frequenter contingit in amplexibus et oſculis.
Sciendum eſt nanqz ꝙ omnis concupiſcentia carna=
lis commixtionis pꝛeter matrimoniale uinculum etiaz
ſolo uoluntatis conſenſu plenarie perpetrata. eſt moꝛ=
tale peccatuz. ubi carnalis copula minime ſubſequetur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

Regula equidem hec magiſtralis uera eſt Omnis completa uoluntas ſiue bona ſiue mala pro facto reputatur. mala uoluntas pro facto reputatur. In quo genere peccati poteſt perſona matrimonialiter alteri copulata quemadmodum et ſoluta. ut ſi mulier alterius quam uiri ſui carnalem ſocietatem concupiſcat. Omnis etiam conſenſus plenarius et deliberatus quo quis in turpibus et carnalibus cogitationibus delectatur ubi etiam deeſt uoluntas actum exteriorem perpetrādi. ſecundum plures doctores eſt mortale peccatum. Patet igitur ex premiſſis omnes amplexus oſcula et conſimiles attactus principaliter ex luxurioſis cogitationibus prius enumeratis procedentes. ſunt grauia dicenda. tantoque grauiora ſi perſone fuerint affines aut religioſe. uel eiuſdem ſexus. et quod enormius eſt ſi in talibus attactibus uel oſculis talis non ſeruetur honeſtas qualis in publico ſeruaretur. Quamobrem ſi quis in premiſſis attactibus uellet alteri uim inferre: deberet alius ex aduerſo quemadmodum pro uite corporalis tuitione uiriliter reſiſtere. ſiue uerbis ſiue factis. aut ualidis clamoribus. aut denique factum tale perſonis ipſum in hoc iuuare ualentibus et ad hoc aſtrictis reuelando. Alioquin talis qiuſquis ille eſt non ſinceriter ſuam diligit caſtitatem.

Capitulum decimumquartum decimum declarat preceptum.

Receptū decimū eſt: non concupiſces rem proximi tui hoc eſt alterius cuiuſcūque et intelligitur hic concupiſcentia prohiberi quemadmodum

ſupra ut in ſexto precepto de furto et latrocinio explica
tum eſt. Prohibetur enim hic concupiſcentia et uolun-
tas mala. cum mala uoluntas ut pauloante dictum eſt
pro facto computatur. tali nanqz cupiditate cadit fre-
quenter homo in inuidiam et in impatientiā ſui ſtatus
et dei blaſphemiam. apud ſe non recte cogitans bona
temporalia ſe iniuſtius meruiſſe q̄ꝫ talis ſuus uicinus.
ꝙ idcirco deus iniuſtus eſt: et ſibi non niſi fruſtra et in
aniter ſerniendum eſt. ꝙ ſi incommodum aut damnum
aliquod acciderit ſtultus ille letatur et gaudet. aſſerenſ
pro ſuis demeritis et occulta malicia hoc ei accidere.

Contra preceptum hoc reductiue peccant operū mi
ſericordie tam corporalium q̄ꝫ ſpiritualium ſeu elemo-
ſinarum retentores. ueluti pauperibus indigentibus
cū facultaſ adeſt. et occurrente euidenti neceſſitate non
ſubuenientes. et ſpecialiter parentes proprios quoſ pu
denduꝫ eſt mendicare aut deſeruientes eſurire aut egre
permittentes. Conſimiliter peccant qui ſeruitorum ſu-
orum ſalarium uel lucrum iuſtum iniuſte retinent. qui
elemoſinarum pretextu aut fundationis eccleſiarū oc-
cupant inique aliorum bona dicentes proximos nimis
diuites eſſe et eiſdem abuti nec eis propterea reſtituen-
da fore. Condemnat eos nanqꝫ approbata pauli regu
la affirmans non eſſe facienda mala ut inde eueniāt bo
na nec quoquo modo per peccatum offendendus eſt de
us eius transgrediendo preceptum qualecunqꝫ bonuꝫ
inde uenire contigerit

Capitulū decimūquintū oſtendit q̄liter in hiis decem
preceptis uelut in mūdo ſpeculo facies conſcientiaruꝫ

noſtarum debemus inſpicere.

Hec igitur ſunt decem legis precepta diuine ſu⸗
perius enerrata. in quibus quaſi ſpeculo quo⸗
dam polito terſo et mundo religionis criſtiane
ueritatem perlegere et totius uite noſtre ac animarum
conſcientiarumqʒ noſtrarum pulcritudinem atqʒ fedi
tatem poſſumus diſtincte conſpicere. Cognoſcit homo
mediantibus hiis uite ſue decurſū: qualiter diuina pre
cepta ſeruauerit quantumcūqʒ deuiauerit. quibus mo
dis ſecundum uarias peccatorum ſpecies deum offen⸗
derit. qualis deniqʒ peccatorum confeſſio habenda ſit
Q? ſi predictorum aliqua a quoqꝫ non plene intelligan
tur. conſulat ſuper his ſapientes potiſſime ac deuotos
uiros. omnis nanqʒ perſona poſtqꝫ ad annos diſcretio
nis peruenerit ſi conſenſu uoluntario plenario et deli⸗
berato horum alicui preceptorum per contemptum ino
bediens extiterit. dilectionem dei amorem creature pre
ponendo extra ſalutis ſtatum efficitur. et in damnatio⸗
nis periculo ſtatuitur. nec gratum aliquid deo dignuʒ
beatitudine operatur. Quanqꝫ ſi temptationem graueʒ
aut diuturnam ire ſiue luxurie uel alterius peccati in⸗
cidat quis. ſi ipſa temptatio homini diſpliceat aut ei⸗
dem homo reſiſtat uel non plene et deliberate conſenti⸗
at mortaliter non peccat. imo ſepe nullo modo peccat:
ſed magnum erga deum premium meretur temptatio⸗
ni uiriliter et audacter reſiſtendo. Jam hic proſpice⸗
re clarum eſt quibus uiis et modis decem hec precepta
infringantur ſeptem mortalibus et capitalibus pecca
tis que ſunt. ſuperbia. inuidia. ira: auaricia. gula: lux⸗
uria: et inuidia. Quinqʒ item exteriorum ſenſuum mi⸗
niſterio qui ſunt: uiſus auditus olfactus et guſtus: et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

tactus. Sicqꝫ quiſquis in hiis decem preceptis ſpecu-
li uite ſe diligenter intuetur recte ſe conſpicit ſeqꝫ per-
pendit. et hiis obediens diſcrete ſapit.

Capitulum decimumſextum explicat qualiter tripli
cem ueritatem ore uel corde confitendo a ſtatu peccati
mortalis ad ſtatũ gratie reſurgimus.

Ciens nihilominus miſericordiſſimuſ pater de
us. et cognoſcens noſtram fragilitatem per-
maximam: et ad malum pronitatem multiplici
bus uiis mortali uita durante paratiſſimus eſt nobis
delicta remittere et gratiam conferre. ſi dumtaxat ue-
raciter et ex corde ſibi tres ſubſcriptas ueritates porri
gamus. Prima ueritas eſt. Domine ſic uel ſic contra
ueſtram bonitatem peccaui quod mihi diſplicet. ratio-
ne cuius et penitentiaꝫ ago quia uos offendi qui totus
eſtis uenerandus et colendusꝙqꝫ mandatum ueſtrum
tranſgreſſus ſum. Secunda ueritas eſt. Domine bo
num habeo propoſitum et deſiderium ueſtro iuuamine
mediante mihi ut in futurum precauendi ne incidaꝫ in
peccatum et occaſiones peccatorum iuxta poſſibilita-
tem uirium euitandi: tercia ueritas eſt. Domine bonaꝫ
habeo uoluntatem peccatorum meorum confeſſionem
integraliter faciendi pro loco et tempore ſecunduꝫ tuũ
et ſancte matris eccleſie mandatuꝫ et preceptuꝫ. has ue
ritates quiſquis qualicunqꝫ loco et tempore ſinceriter
non ficte aut mendaciter ex corde pronunciauerit. ſecu-
rus exiſtat ſe in ſalutis et gratie ſtatu conſiſtere. et ui-
tã eternã mereri. Q̃uis omnia prius enarrata crimina
commiſiſſet. Si etiã talis abſqꝫ alia confeſſione conti-
nuo decederet in abſentia ſacerdotis. dormiendo ã alio
modo morte ſubita preuentus. ideꝫ finaliter ſaluaretur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

acerbiſſima purgatorii pena mediante. ex quo notandū et ſalubre conſilium elicitur. ut criſtianus quilibet ſin gulis diebus bis aut ſemel ſero et in mane. aut ſaltez feſ tiuis diebus redeat ad cor ſuum conſcientiam exami nans an tres premiſſas ueritates proferre ualeat cum cordis ſinceritate. ſicqz intra ſtatum ſalutis ſe eſſe con fidat. Q: ſi eas mente pura fateri non ualet obſtāte uo luntate peccandi. quia actualiter delecatur aut iniquo propoſito quo quis occaſiones peccatorum uitare ren nuit quemadmodum illi qui peccatis carnalibus mer ſi reſurgere nolunt. aut uſuras ſuas aut iniuſtas mer tiones et lucra continuant. uel iniuſte retinent alienuz Quiqz alterius odio uindicte deſiderio flagrantes in nocendi propoſito perſeuerant. Certiſſime ſcient hii et conſimiles non epiſcopum aut papam tales abſoluere poſſe. quanꝙ talibus ſalutare conſiliuz detur ut per ſe ipſoz uel alios bona que poterint operentur orādo uel elemoſinas dando. quo deus eorum corda illuminet et ad bonum dirigat et conuertat. nulluz eſt bonum adeo exiguum quod non tandem deus eterna uel temporali mercede remuneret. multoqz melius eſt temporale bo num et minimum ꝙ omniuo nullum bonum promere ri. Saluberrimum eſt etiam laudabilem conſuetudi nem illeſam ſeruare. ne eam ſemel diſſoluendo nunꝙ in eternum forte reſumat.

Capitulū decimūſeptimum oſtendit quis ſit confeſſio nis modus et dat circa hoc unū breue documentum.

Quotienſcunqz accedit homo ad confeſſionez pec catorū explanandaz hoc eſt de neceſſitate ſemel in anno circa ſolennitatem paſchalem aut cum

mortis imminet periculum aut in ſacramentorum ſuſ-
ceptione. Ad frequentiorem enim confeſſionem regula
riter non tenemur. quanq̄ ſepius confiteri multuz pro
deſt ad augmeutum gratie et diſtinctiorem cognitio-
nem et explicationem peccatorum. Debet premeditari
confeſſurus quid aut in quo deliquerit. cū examine di-
ligenti conſcientiam diſcutiens ac ſi magnuz inde tem
porale commodum reportaret. Accuſet ſe poſtmodū
peccator humiliter non irriſorie. ueraciter non ficte. ui
tuperando ſe non laudando pure recte atqz ſinceriter.
facta impertinentia dimittendo. Diſcrete inſuper ut
non reuelentur hii quos ſocios habuit in peccato. De
his enim confeſſor inquirens grauiter etiam peccaret:
niſi forte ſodales huiuſmodi cauſa petendi conſilii ad
eorum pellendam uiolentiam confitens detegeret. aut
fortaſſis ad explicandum peccati ſpeciem neceſſitatis
eos manifeſtari poſceret. ut ſi quis cum ſola ſorore car
naliter commixtus fuerit. in quo caſu querendus eſſet
confeſſor perſonam in confeſſione detectam ignorans.
Super caſibus autem ad abſoluendum epiſcopo reſer
uatis aut ſuperiori: remittat ſacerdos inferior confi-
tentem ad prelatum uel ſuperiorem eum potentem ab-
ſoluere niſi forſitan confitenti mortis periculum im-
mineret: aut magnum aliquod ſcandalum ex hoc obori
ri. uel peccati reuelationem coniectura probabili for-
midetur. Pro regula uero certa hoc habeatur et
documento ſalubri teneatur: nt nunq̄ pro peccato pub-
lico uel ſecreto penitentia publica penitentibus iniun-
gatur nec penitentia imponatur quā nequeāt à nolint
non debz etiā confitens penitentiam faciliter reuelare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

quo contingit interdũ prodi:aut confeſſoris dicta aut
interrogata nimia leuitate detegere. Secrete eniȝ con
feſſionis hec omnia integritatem concernunt. niſi con
feſſor quod abſit penitentem ad malum aliquod horta
retur. Propterea utile eſt et efficax remedium diligenti
us retinendũ ab hiis qui peruerſa inclinatione uel con
ſuetudine inciduut in aliquod enorme peccatum a quo
non de facili retrahuntur. ꝙ ſcilicet ſeipſos ad penam
aliquam pecuniariam uel aliam uſqȝ ad certũ tempus
prefixum cum certo rationis moderamine conſtringãt
quotienſcunqȝ in id peccatum incidere contigerit. Di=
cunt nanqȝ inſipientes aliqui ſe a peccato ire. luxurie.
periurii. et ſi quod eſt ſimile abſtinere non poſſe. qui ta=
men hocipſo ſalubri remedio uelut mendaces facilime
confutantur cum unius albi uel franci in emenda cuiuſ
libȝ trãſgreſſionis eis inflicta pena: ipſos a perpetratio
ne iniuſti operis retraheret Conuincitur hincinde ma=
nifeſte eos diuini precepti et proprie ſalutis intuitu. a
conſuetis uiciis abſtinere poſſe. niſi fictam et peruerſã
haberent uoluntatem: et tales uelut fatui ueritati non
credunt nec obediunt quouſqȝ ſupplicia luant et delic=
torum ſuorum ſeram et infructuoſam penitentiaȝ agãt
Juſtoqȝ dei iudicio fit ut qui penitere de commiſſis cũ
poſſunt non uolunt: cum uelint nequeãt.

Capitulum. xiii. concludit non eſſe quenꝙ ab alio
ad peccatum impellendum. ſed ad bonum potius ope=
randuȝ.

POſtremo quicquid agat homo in perſona ſua
ſupreme caueat alium ad male agenduȝ ſollici
tare ꝗ uerbis aut factis exemplis uel conſiliis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

aliquid agere quod de ſe ſit occaſio ruine peccati. ſpecialiter corā iuuenibus aut perſonis innocentibus. Proprium enim eſt hoc ſingulareqꝫ demonū officiū. quemadmodum bonorum angelorum intereſt ſpecialiter homines inducere ad bonum. Compertum eſt etiam frequenter accidere ꝙ homines aliorum ad maluꝫ impulſores uix aut nunꝗ delicti ſui condignam penitentiam aſſecurantem perficiant. quia nequeunt eos corrigere ad bonum quos deceperunt. iam forte dānati ſunt uindictam a deo poſtulantes eternamqꝫ eis maledictionem iugiter imprecantes. Sicuti ex oppoſito iam ſaluati aliorum doctrinis et factis aut opera diligenti. ꝗ nullum deo opus aut ſacrificium acceptius eſſe poteſt. et ad peccata delendum ualidius pro ſuis adiutoribus preces indeficienter effundūt. Curet etiam propterea fidelium quiuis iuxta cognitionis et uirtutis a deo ſibi conceſſarum facultatem monitionibus et exemplis alium ad bene agendum incitare. pater filium. doctor diſcipulum. et ſapiens inſtruat ignorantem. Rogemus tamen pro mutua pace et unanimi inuicem charitate. quo poſt mortem corporis huius perhennis beatitudinis participes ſimus quaꝫ nobis concedat deus unus eſſentialiter et perſonaliter trinus qui eſt benedictus in ſecula ſeculorū Amen.

De decem preceptis explicit hic tractatulus uenerabilis magiſtri Johānis gerſon eximii ſacre theologie doctoris alme uniuerſitatis pariſienſis Cancellarii

Incipit tractatus ſecundus de examinatione conſci entie.

Quiſquis a morte peccati ad ſalutis et gratie
ſtatum uolet reſurgere :et ut actus ſui et in=
tentiones ad uitam eternam utiles ſint et me
ritorie.neceſſe eſt ꝙ delicta ſua recogitet et
cognoſcat dolens de commiſſis. atqꝫ proponat deo au
xiliante a peccato mortali ſe precauere et abſtinere in fu
turum.firmum preterea ac ſincerum propoſitum habe
at competentibus loco et tempore peccata ſua ſaltem
mortalia diſtincte et integraliter confiteri. Quod ut
commodius fiat priuſq̄ confitens crimina ſua reuela=
turus accedat.ipſe circa ea matura moroſaqꝫ diligenti
a premeditari tenetur quaſi magnum aliquod emoli=
mentum inde reportare ſe crederet.ut complete magis
ipſa confeſſori ſuo ac lucidius exprimat.Quia uero plu
rimi ſimplicium ob negligentiam aut ignorantiā non
excuſantez ſed potius accuſantez.modos et ſpecies neſ
ciunt peccatorum preſens confecta eſt tabula.quam in
ſpicieutes confeſſuri:cogitatione preuia inſtructi ſuffi
cienter ad ſalutem poterunt ſua peccata cognoſcere me
moriterqꝫ tenere.et confeſſoribus utiliter reſerare.Pro
cedit autem tabnla ſecundū numerū et ordinem pecca=
torum mortalium.que ſunt ſuperbia.inuidia.ira.aua=
ricia.accidia.luxuria.gula.Confeſſurus ergo tuā pri=
mitus conſcientiam examinās interroga te circa pec=
catū ſuperbie.Si uanā tui laudem et propriam excel=
lentiam queſiuiſti aut optaſti propter bona fortuita et
caduca.diuicias ſcꝫ aurū et argentū terrenaſqꝫ poſſeſ
ſiones aut propter naturalia bona ſcꝫ corporis pulcri
tudinem.fortitudiuez.iuuentutem et ſimilia.ſeu etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

ratione gratuitorum donoruȝ ſicut eſt dei cognitio uel
affectus deuotio Si alios contempſiſti propter alicu
ius borum bonorum precedentium defectuȝ. Si aliqua
opera feciſti ut inde muudanam laudem acciperes. uel
ut alii te meliorem ꝙ ipſe ſis reputarent: et multoma-
gis ſi hoc feciſti pretextu ipocriſis ficte ꝙ ut aliis eſſet
exemplar in bonum. uel eos a malo retraheres. Si ni-
miũ pertinaciter innisus es opinioni proprie. uel credu
litati. alterius conſilium contemnendo. ſpecialiter in
materia fidei et criſtiane religionis. ex hac enim radice
pullulãt hereſes. ſortilegia. et falſe credulitates. Si per
iactantiam aut inanem gloriam opera tua bona recitaſ
ti uel te aliis preſentibus inculpaſti ut ob hoc humilis
et deuotus credereris. Si gloriatus es corde uel ore de
malo. ut ꝙ alium defraudaſti uel ei iniuriam intuliſti.
ꝙqȝ per te et tuos complices ad male agendum potens
fuiſti. Si ſuperioribus tuis inobediens extitiſti et eos
contempſiſti. precipue carnales parentes et ſpirituales
Si intra confeſſionem mentitus es. peccatum tuum ã
eius ſpecieȝ mundano pudore celãdo. talis enim confeſ
ſio inutilis eſt. ſȝ et nouum crimen incurris Si peccato
rũ tuorũ excuſationeȝ queſiuiſti aut minuiſti culpaȝ tu
am ſociis aut complicibus imponendo. Si te per ino-
bedientiã et contemptũ excommunicari permiſiſti: aut
leuiter nimis excommunicatis participaſti Si in iudi
cio publico uel alibi ob pudoreȝ ueritati ſreuelãde per
iuriũ commiſiſti Si a bonis operibus aut uerbis abſti
nens fuiſti propter obloquentium quorundam fatuo-
rum timorem. Si indignando contempſiſti peccatores
pauperes. ignorantes. impotentes. aut infirmos eos
precipue qui tibi genere propinqui ſunt: aut ſi eoſdem

irriſiſti. Si ſignis aut uerbis contempſiſti eos qui ſtu
dent deuotioni. Si preſumptione motus aggreſſus es
ardua ſcientiam tuam aut potentiam excedentia. aut tu
o ſtatui aut ſtudio indecentia.

Circa peccatum inuidie.

Si de alterius incommodo letatus es cum ei in
fortunium aliquod contigerit. aut ſi diffamati
onem ſeu perſecutionem incurrerit. Si de bo=
nis alterius doluiſti. quia bene famatus bonus pulcer
ſapiens eloquens deuotus aut religioſus exiſtat. Si
malum alteri preoptaſti uel bonam famam ipſius mi=
noraſti uerbis iniquis de eo publice uel ſecrete manifeſ
te aut fraudulenter prolatis. eius uerba aut opera ſiniſ
tre iudicando aut in peiorem partem frequenter inter=
pretando.

Circa peccatum ire.

Si diu cum conſenſu iram contra proximum te=
nuiſti cum deſiderio uindicte uel appetitu no=
cendi per te uel alium uerbis aut factis. Si ira
uel odio contra quemcunqz contumelias protuliſti â in
rebus nocumentum prebuiſti uel irriſiſti. ſi eum percuſ
ſiſti uulneraſti occidiſti. Attendatur etiam diligenter
an leſus ſacerdos aut clericus extiterit. Si a leſis a te
uel iniuriam paſſis ueniam petere rennuiſti cum preſer
tiz equales tibi forent aut in nullo ſubiecti. Si arma in
uaſiua ad nocendum tuliſti. Si alteri mortem ſiue leſi=
onem illicite minatus es etiam appoſito iuramento.
Si ſecretum alienum reuelaſti. Si humiliter a te ueni
am petentibus indulgentiam denegaſti. Si motus ira
iuraſti nequiter uel periurium commiſiſti aut ſi deum
blaſphemaſti ludum alearum aut alium exercendo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

Si odio uel rancore potius ꝙ iuſticie zelo placitationi-
bus uel litibus alium uexaſti. ſi alteri maledixiſti pre-
ſertim parentibus aut propinquis.

Circa peccatum auaricie

SI alio neſciente uel nolente retines illud quod
eſt ſuum. Si furtum rei ſacre aut eccleſiaſtice ā
alterius cuiuſcunqꝫ intra eccleſiam uel locum
ſacratum commiſiſti. Si contra deum ingratus indig
naris ꝙ non tibi ſicut et ceteris prouenerunt diuitie.
nec ad uotum proſpere ſuccedunt omnia ſi ob hoc im-
memor dei beneficiorū ſibi ſeruire contemnis. Si com
munia bona dominorum uel parentum laute nimis in
uſus proprios conſumpſiſti aut mercenariorum et ſer-
uitorum iuſtum lucrum non eiſdem tribuiſti. Si falſas
et iniuſtas mercaturas exercuiſti et modum inquiras:
Si falſo et mendaci artificio uſus es. moduꝫ quere. Si
ſimoniam in te uel in alio perpetraſti. Si commutatio
ne uſuraria cum alio contraxiſti aduertatur modus. ſi
fine lucri periurus fuiſti. Si ludis prohibitis ut eſt ta-
xillorum ludus auaricia motus te immiſcuiſti: ſi feſti-
uis diebus ſpe lucri manualem laborem aut mercatio-
nem per te uel per aliū fieri conſenſiſti. ſi commiſſa tibi
in teſtamento uel aliter legata uel elemoſinas perfice-
re et diſtribuere neglexiſti. ſi opera miſericordie et ele-
moſinas occurrente neceſſitate oblationes et decimas
ſoluere contempſiſti. ſi ficta adulatione uel intentione
pecunias extorquendi alium decepiſti aut etiam irriſiſ
ti. ſi parentuꝫ uel mariti bona eis inſciis abſtuliſti. Si
proprias et alienas poſſeſſiones inutiliter conſumpſiſ-
ti. Si alieni damni cauſa uel occaſio uoluntarie et gau
denter extitiſti ut lucrum uel commodum reportares

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

ut exempli gratia. ſi inter duos rixam moues ut ex eo=
rum mutua lite aut uerbere aut occiſione emendam iu
diciariam aut patrocinii lucrum feras. Si famam aut
peſtilentiam optas ut per eam diteris. aut de parentuȝ
morte gaudes ut ſuam hereditatem accipias. aut ſi per
iuras aut alium ad periurandum impellis uendendo
et emendo. Si in artificio quocunqȝ inutiles adinue=
nis nouitates ut ditatus habundes.

Circa peccatum accidie.

SI miſſam et horas uel aliud diuinum officium
ſeu ſeruicium omiſiſti celebrare ad que dicenda
tenebaris. Si in feſtis ſpecialiter ab eccleſia ob
ſeruari precepti s: aut alias per triſticiam negligentiã
uanitatem aut ocium eccleſiaſticum officium. predica=
tiones et ſermones audire contempſiſti. Si conceſſum
tempus preſertim diebus feſtiuis in uerbis aut factis
ocioſis inutiliter conſumpſiſti aut eccleſiaſticum offi=
cium ſermonibus garrulis turbaſti. Si idem preſtituȝ
tempus exceſſiue dormiendo in lecto tuo demorando:
uel aliter male occupaſti. Si per negligentiam aut in=
curias ſanctas habere meditationes mortis iudiciorũ
et beneficiorum dei erga te preter miſiſti. Si pro bene=
factoribus tuis uiuis et defunctis preces effũdere neg
lexiſti. Si commiſſorum tuorum regimini et cure non
recte ſollicitus extitiſti Si negligenter de peccatis con
tritus es aut confeſſus uel ante confeſſionem circa pec=
cata tua premeditationem habere noluiſti. Si peccato
rum tuorum oblitus es uel iniunctam penitentiam mi=
nus debite perfeciſti. ſi quelibet uota uel pcmiſſa in=
fringendo tranſgreſſus es. et attendatur modus. Si de

niq̨ preceptorum eccleſie fuiſti tranſgreſſor. ut ſi pub=
licam eucbariſtie ſumptionem uel aliorum ſacramen=
torum ſuſceptionem diſtuliſti. Si non recte ipſa ſacra=
menta recepiſti. ſcꝫ non premiſſa debita integrali con=
feſſione.

Circa peccatum luxurie.

SI moroſas cogitationes circa carnalem actum cuꝫ complacentia et delectatione nociua in cor de tenuiſti. ſi cogitationibus talibus carnali= bus uel aſpectibus aut uerbis aut ſignis aliquibus mo tū carnis excitaſti nec eidem ſufficienter reſtitiſti. ſi hu ius peccati occaſiones non fugiſti aut quod deterius eſt eaſdam procuraſti. Si per tales temptationes uel motus iu luxurioſum conſenſum cecidiſti affectādo ex terius opus ſi poſſes uel auderes perficere. Si attactū aliquem inhoueſtum uel pruritum in membris puden= dis exercuiſti ex quo carnalis delectatio ſecuta eſt. mo= dus etiā diligenter aduertatur. Si talium peccatornm erga alios cauſa uel ruine occaſio fueris. uerbis oſcu= lis amplexibus aut aliis ſignis uel forte picturis et fi= gurationibus inboneſtis. Si dormiendo hanc carna= lem delectationem uel pollutionem incurriſti. ſi cum a lia perſona carnalem commixtionem incidiſti et atten datur cuius gradus uel conditionis fuerit perſona. an uxorata alteri aut uirgo. ſi genere propinqua et in quo gradu. ſi ſanctimonialis religioſa. aut in ſacris ordini bus conſtituta. ſi tibi conſenſit aut ei uiolentiam intu= liſti. ſi deniq̨ eiuſdem tecum ſexus aut alterius erat et exprimatur modus. Si luxurie peccatum opere conſū maſti alio ordine ꝙ natura dictauerit. Si matrimonii

legitimam honeſtatem non obſeruaſti ratione operis in ſe uel circunſtantiarum que magis in confeſſione certis ſunt interrogationibus cognoſcende q̄ uerbis aut ſcripturis quibuſlibet in publico reſerande. Si diebus feſtiuis minoribus aut minus ſolennibus talia peccata perpetraſti aut forſan in ſacratis locis. Si abortiuū procreaſti aut fetnm ex utero naſci impediuiſti. aut ob ſtricturam ueſtimentorum aut per agitationem corporis immoderatam. uel choreis uel aliis pluribus iniuſtioribus ludis. Si diſſolutis aut inhoneſtis aſpectibuſ et choreis et geſtibus incompoſitis uel innata pulcritudine aut fuco mendaciter colorata uel deniqꝫ ueſtimentis ſuperfluis alios ad malum allicere uoluiſti. ā te concupiſti ab eiſdem affectari. Si a tibi matrimoni aliter coniūcta carnalis copule debitum infirmitate ā alio legitimo impedimento ceſſante denegaſti.

Circa peccatum gule.

SI ieiunia ab eccleſia obſeruari precepta tranſgreſſus es ceſſante infirmitate: impotentia uel alia rationabili cauſa. Si ex nimia cibi uel potus ſumptione ebrietatem. luxuriam. diſſentiones. aut corporis infirmitatem incurriſti. uel etiam ſi ob eandem cauſam ſtudium. laborem mercationem uel aliud opus ad quod agendum tenebaris omiſiſti. Si per nimios ſumptus in potibus et cibis te uel tuos heredes indigere aut mendicare coegiſti. Si deniqꝫ nimis aui de aut abundanter cibos ſumpſiſti uel delicata fercula curioſe preparaſti aut horam comedendi preueniſti. ſic ꝗ ex hoc preceptum aliquod dei uel eccleſie ſolueretur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

uel grande aliquod corporis incommodum ſequeretur Per hec autem omnia que de ſeptem peccatis mortali= bus iam explicata ſunt poteſt homo cognoſcere quibuſ modis quinqꝫ ſenſuum exteriorum miniſterio contra decem precepta. contra miſericordie opera. et duodeciꝫ noſtre fidei articulos deliquerit ut non ſit opus hec poſ teriora prioribus addere niſi quis enumeratis priori= bus ſpecialiora et particulariora adiungere uoluerit.

Ad plenarium autem precedentium intellectum et agnoſcatur qualiter rite ſit facienda confeſſio. notãda ſunt aliqua.

Rimo ꝙ de communi regula eſt et eccleſie pre cepto tenetur quilibet ad minus ſemel in an= no circa paſcha peccata ſua confiteri. cuꝫ eti am eucharíſtiam aut aliud ſacramentum ſuſ cipere intendit. tunc etiam cum mortis imminet pericu lum. cum preterea ipſe qui peccatorez abſoluere poteſt adeſt. cuius preſentia nunꝙ in poſterum haberi formi= datur. ꝙuis ſepius confiteri proſit. quater uidelicꝫ an nuatim nel menſibus ſingulis aut quolibet ſolenni feſ= to iuxta perſone facultatem et ſtatum. Secundo ꝙ con feſſio in loco patenti uel publico fieri debet. ne occaſio= ne ſecreti loci et pretextu deuotionis impellat diabolus cogitationes et iniqua uerba uel opera. nunꝙ etiã con feſſor confitentis uultum aſpiciat. tercio ꝙ multa cri= mina ſuut a quibus peccatorem ſacerdos ſimplex abſol uere non poteſt niſi penitentiarius fuerit. aut a prelato ſuperiori poteſtatem acceperit. quemadmodum ſorti= legium quod aliquando per abuſum ſacrarum rerum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

committitur aut ex aliis rebus friuolis cauſa queritur que non eſt cauſa intenti effectus. q̄ per res ſacras com mittitur ſacrilegium quod eſt furtum rei ſacre uel in=tra locum ſacrum percuſſio uiolenta ſacerdotis uel cle rici. Simonia hereſis ceteraq3 crimina quibus eo fac to excommunicationis ſententiā incurrunt delinquen tes. Percuſſio patris aut matris homicidium. periuri=um in iudicio publico commiſſum. adulterium ſignan ter notorium. mulierum raptus uiolentus. defloratio uirginum. conſtupratio monialium. et inceſtus cū con ſanguineis intra quartum gradum. uotorum fractio & oppreſſio paruulorum infantium ob negligentem cuſ=todiā peccatum item turpiſſimum et abhominabile dic tum contra naturam. ſiue in propria perſona per molli ciem perpetratum ſit. ſiue in alio commiſſum qui eiuſ=dem ſexus exiſtit uel in perſona alterius ſexus. ſi fiat in aliis membris q̄ natura ad generationem deputauerit uel ſi deniq3 in alia ſpecie admiſſum ſit. talia nanq3 cri mina grauiora ſunt q̄ eſus carnium in ſacroſancto die ueneris. unde de eis tenetur peccator expreſſe confiteri ſub pena eterne damnationis. Quarto quam perſo na confitens debet habere uoluntarium propoſitū om nia peccata ſua iuxta uires integraliter explicandi et ad interrogata ueritatē ſine mendacio reſpondere ad ſui excuſationem. Item celare debet peccatum alteri=us niſi fortaſſis aliter ſuum peccatū reuelare non poſ=ſit. uel niſi perſonam talem ad ſuum commodum ſpiri=tuale confeſſori detegeret abſq3 preiudicio cuiuſcunq3 Q? ſi prelatus ſuperior uel penitentiarius non ſingu=la peccata confitentis integraliter ſed ſolos caſus re=

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

ſeruatos audire uoluerit reſeruet peccatoꝛ alia delicta
minoꝛi ſacerdoti poteſtatem ſuper his habenti confi=
tenda. Quinto ꝙ nullus iniunctam penitentiam re=
cipere debet niſi quam perficere uoluerit quam et cela=
re tenetur una cum aliis a confeſſoꝛe pꝛolatis aut inter
rogatis niſi foꝛſan quod abſit idem confeſſoꝛ confiten=
tem uerbis aliquibus ad malum inducere teneretur:
Sexto ꝙ ſi grande aliquid alicui reſtituenduz ſit. et is
ignoretur cui debeat reſtitui: uel etiam ſi uotoꝛum com
mutatio aut relaxatio facienda ſit. conſulatur pꝛelatus
ſuperioꝛ uel alius hoꝛum poteſtatem habens non tantū
ſacerdos inferioꝛ. Septimo ꝙ ſuper peccatis in ge=
nerali ſuperius numeratis ſi caſus ſpeciales occurrāt:
uel numerus delictoꝛum tenetur hoc confitens explica
re tunc pꝛeſertim quando particularitas caſus uel nu=
merus ſpecialem haberet annexam maliciaz moꝛtalez
ut cum quis decem francos abſtulit pauperi uxoꝛem ã
filios habenti uel in loco ſacro grauius eſt peccatuz ꝙ̄
furtum pꝛeciſe in generali commiſiſſe. Pariformiter eti
am in aliis caſibus particularitas expꝛimatur pꝛout
confitens meminerit ſecundum beneplacitum confeſ=
ſoꝛis obmiſſis circunſtantiis aliis ad peccati grauita=
tez impertinentibus. Octauo ꝙ ſi perſona confitens
in peccandi pꝛopoſito perſeuerat. uel de nouo peccatuz
iterare diſpoſuit. aut ꝙ ablatum alteri reſtituere ſecun
dum facultatem ſuam non uult dimittere uel reſtituere
uel ꝙ nocendi iniquum pꝛopoſitum retinet. nullus hāc
perſonam a peccatis confeſſis poteſt aut debet abſolue
re. quanquā tali perſone ſalubꝛiter conſulatur. ut bona
que poterit interim perficiat. quatenus eam deus in ui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

am rectam dignetur illuſtrare. nono notatur ꝙ peccatū
quodlibet tanto peius ac deterius eſt quanto pluribus
intulit nocumentum. Propterea ſi quis fuerit alterius
ruine cauſa et occaſio ut innocentes preſertim iuuenes
aut puellas ſuo conſilio hortatu aut alio quouis modo
ſollicitando ad peccandum. agat huius rei diſtrictam
penitentiam. et procuret deceptorum a ſe correctionem
aut emendationem totis uiribus procurando. et per ſe
et alios eos ad uiam ueritatis et ſanam doctrinam re-
ducendo. In hoc enim conſiſtit portio principalis ſue
ſatiſſactionis et penitentie. Decimo ꝙ ſi quis poſt con-
ſcientie ſue examinationem diligentem ipſe per pecca-
torum quorundam etiam mortalium a ſe commiſſoruꝫ
non reminiſcatur: tunc per ſolam generalem confeſſio-
nem de ipſis abſqꝫ alia ſpeciali ſaluabitur. ſi tamen ea
prius oblita poſmodum ad memoriam redierint. et ſpe
cialiter certis tempore et loco confiteri tenetur. Qua
in re periculoſum eſt commiſſorum a ſe delictorum mor
talium per negligentiam atqꝫ deſidiam immemorem
fieri.

Abſolutio.

Forma abſolutionis ſufficienſ et requiſita pro pec
catis pro quibus confeſſor intendit et poteſt ab-
ſoluere confitentem. ego abſoluo te a peccatis tuis In
nomine patris et filii et ſperituſſancti Amen. Q' ſi con
feſſis de excommunicatione fiat tantummodo. dicetur
ſic: ego abſoluo te ab excommunicatione tua In nomi-
ne patris et filii et ſpirituſſāncti amen ꝙ ſi cū hoc fiat ab
ſolutio de peccato propter quod lata eſt excommuni-
catio ā de aliis. addatur forma prior. Additiones que
dā alie conditionales ā inuolute potius dimittuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

Opuſculi huius tercia pars eſt de ſcientia mortis.

J ueraces fideleſqꝫ amici cuiuſpiam egroti cu
ram diligentius agant pro ipſius uita corpora
li fragili et defectibili conſeruanda. exigunt a
nobis multo forti deus et charitas pro ſalute ſua ſpiri
tuali ſollicitudinem gerere ſpecialem. in hac enim extre
ma mortis neceſſitate fidelis probatur amicus. Quip=
pe nullum eſt opus miſericordie maius ſiue commodi
us quod et tanti apud deum meriti. et ãplioris frequen
ter eſtimatur. quemadmodum perſone noſtri ſaluato=
ris Jheſu criſti ſi in terris nobiſcum degeret impenſuꝫ
ſeruitium corporale. Quamobrem cura fuit preſenti
ſcripto componere breuem quendaꝫ exhortationis mo
dum habendum circa eos qui ſunt in mortis articulo
conſtituti. ualentem etiam generaliter omnibus catho
licis ad artem et noticiam bene moriendi conquirendã
Continet autem opuſculum hoc breue quatuor parti=
culas ſcilicet exhortationes. interrogationes. oratio=
nes et obſeruationes.

Prima pars continet quatuor exhortationes.

Rima exhortatio eſt. Amice dilecte aut dilecta
conſidera nos omnes ſubiectos eſſe potenti ma
nu dei : et ipſius uoluntati nos omnes cuiuſcũ=
qꝫ conditionis aut ſtatus. reges principes pauperes et
diuites mortis tributum ſoluere neceſſe eſt. Jn mundũ
uenimus peregrinorum more. ut es eo trãſeamus. nou
ut manſionem in eo ſtabiliamus. quin potius ut hic be=
ne et meritorie uiuantes et deo ſeruientes horribiles in
ferni penas euitemns et gloriam eternam habeamus.
. Secunda exhortatio

Diligenter recognoſce cuꝫ gratiaruꝫ actione a deo tibi conceſſa beneficia. ꝙ etiam tibi in hac extre=ma hora ſui cognitionem dederit. nec te morte ſubita preoccupauerit. gratias pro hiis et aliis innumeris donis nunc eidem refer. ad ſuam infinitam miſericordiaꝫ confugiens et de commiſſis a te criminibus ueniaꝫ humiliter poſcens. tercia exhortatio.

Ollicite cogita te in uita tua plurima delicta perpetraſſe quibus penam ferre meruiſti. unde et huius infirmitatis et mortis penas patienter tolerare debes. rogans deum ut preſentis doloris acerbitas remiſſionem operetur peccatorum. et purgatorii horribilis cruciatus in hanc afflictionem tuam per ſuam miſericordiam commutetur. tolerabilis eſt nanqꝫ hic principaliter ꝙ in futuro puniri. quod ſi ſit corde contrito patiens penam neceſſariam tanꝙ uoluntariaꝫ feres et omnem penam et culpam remittet deus. certuſqꝫ paradiſum introibis. alioquin per impatientiam eternam penam et damnationem incurres.

Quarta exhortatio.

uper omnia in hac extrema hora conſtitutus circa tuam ſpiritualem ſalutem meditare. nunquā enim fortaſſis in futurū huius meditationis occurret oportunitas omnem aliam ſollicitudinem et rerum temporalium curam relipque quas relinqui neceſſe eſt. que etiam nec ab inferni precipitio corruenteꝫ eripere ualent. plena fide te deo committe. et ei qui omnipotens bonus et ſapiens eſt te tua et tuorū regenda prebe. omnem preterea cogitatum tuum in eum dirige. aſtantes ſolummodo et ſuperſtites rogans ut pro ſalute tua precibus deum exorent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

Secunda particula ſex habet interrogationes. Prima interrogatio eſt iſta.

Ilecte aut dilecta. uis tu mori et uiuere in ſoliditate fidei cristiane reſpectu dei et domini noſtri Ihesu criſti tanq̃ uerus fidelis et obediens ſancte matris eccleſie filius. reſpondeat uolo.

Secunda interrogatio.

etis a deo ueniam peccatorum tuorum commiſſorum et omiſſorum que contra eiuſdem amoreʒ. maieſtatem atqʒ bonitatem egeris. nec eum prout debebas honoraſti. reſpondeat peto.

Interrogatio tercia.

Abeſne ſincerum propoſitum et explicitam uoluntatem uitam tuam in melius commutare atqʒ corrigere. ſi uita comes ſuperfuerit. Rogas etiam deuʒ ut tibi gratiam preſtet hoc propoſitum continuandi uerã qʒ deuotionem habendi.

Quarta interrogatio

S tu conſcius tibiipſi alicuius peccati mortalis uel criminis de quo non ſis confeſſus Optaſne etiam cor tuuʒ illuminari ad oblitorũ criminũ ſi que ſint habendã noticiam. et ſi tu ſcires libenter confitereris ea.

Quinta interrogatio.

Is ablata per te reſtitui integraliter quantuʒ ad id teneris iuxta tuarum facultatum ualorem. etiaʒ uſqʒ ad omnium bonorum tuorum ceſſionem et renunciationem. ubi alias ſatiſfactio fieri non ualeret. et coram deo et hominibus ueniam iniurie petis.

Sexta interrogatio.

ndulges ex corde omnibus qui tibi nocumentum intulerunt ob uenerationem et amorem domini noſtri Ihesu criſti a quo domino et ueniã ſperas petis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

ſimiliter indulgeri tibi et remitti ab hiis quos uerbis aut factis leſiſti. Ad has omnes premiſſas interrogationes affirmatiue reſpondeat: uolo.

Particula tercia breues miniſtrat orationes.

Rimo dicat infirmus ex corde deum orans. Deus meus piiſſime pater miſerere mei. Deus meus piiſſime pater. Jn manus tuas commendo ſpiritū meū. Pater miſericordiarū miāꝫ fac huic paupercule creature tue. Adiuua me nunc etiam in hac ultima ueceſſitate. Succurre domine iam anime egenti et deſolate. ut non a malignis ſpiritibus captiuetur. et a canibus infernalibus deuoretur. Dulciſſime ihū ob honorem et uirtutem tue benedictiſſime paſſionis iube me recipi intra numerum electorum tuorum. ſaluator meus et redemptor meus reddo me totum tibi non me rennuas ad te uenio non me repellas. Domine paradiſum tuum poſtulo non ob ualorem meorum meritorum ſed in uirtute et efficacia tue benedictiſſime paſſionis. per quam me miſerum redimere uoluiſti et mihi paradiſum precio tui ſanguinis emere dignatus es ipſū mihi conferre feſtina propter quam nec tue diuitie aut potentia minuentur.

Alutet poſtmodum beatiſſimam uirginem mariam dicens. Regina celorum mater miſericordie confugium peccatorum. reconſilia me unigenito filio tuo eius clementiaꝫ pro me indigno peccatore interpella ut ob amorem tui mea remittat crimina perducens in gloriam ſuam

ngelos dehinc precibus inuitet inquiens Spiritus celorum angeli beatiſſimi aſſiſtite queſo mihi

migranti ex hoc ſeculo.et potenter eripite me ab omni bus aduerſariorum inſidiis.et animam meam in ueſ=trum conſortium aſſumite.et tu precipue angele bone cuſtos meus.

O ſt hec inquiratur ab infirmo cui ſanctorum uel ſanctarum magis deuotus extiterit ut illi precem offerat dicendo. O glorioſiſſime ſancte uel ſancta ſin=gularem in te dum uiuerem ſpem et confideutiam ex=poſui ſuccurrere nunc mihi in hoc extremo neceſſitatis articulo laboranti.nunc anxior ſupra modum.tempus nunc inſtat et hora.iam in adiutorium meum intende.

Quarta pars quaſdam obſeruationes edocet.ut ſci=atur qualis predictorum uſus habendus ſit.

I patiens nondum eucbariſtiam aut extremaz unctionem ſuſceperit.interrogetur an eadez ſa=cramenta deuote paratus eſt ſuſcipere. ſi etiam ſuper interrogationibus premiſſis ueriſimiliter appa reant reſponſiones patientis exiſtere.remedium appo natur quantum id commodius fieri poterit.uel per mi niſtrationem ſacramentorum confeſſionis eucbariſtie aut extreme unctionis.uel eidem manifeſtando pericu lum quod incurrat non plene ſatiſfaciendo petitioni=bus ſuper fide ſua et ſalute conſcientie prolatis. monia turqz ut decedat tanq̃ uerus et fidelis criſtianus. At tendatur ſi infirmus ipſe excommunicationis uinculo aſtrictus teneatur.et propterea ſubmittat ſe totis uiri=bus ordinationi ſancte matris eccleſie ut abſoluatur:

Si in proximo moriturus prolixum temporis ſpaci um ad ſuam recollectionem et emendã habeat. ne mor te feſtina preueniatur legende forent coram eo ab aſtã tibus hiſtorie et orationes deuote in qubus ſanus et=

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

uiuens amplius delectabatur.uel recenſenda eſſent diuina precepta ut profundius meditetur ſi quid aduerſus ea negligenter oblitum deliquerit.uel preſens corā eo inſtructio recitetur Si patiens uſum loquendi perdiderit.habet tamen ſanam et integram noticiam ad interrogationes ſibi factas uel orationes coraꝫ eo recitatas ſigno aliquo exteriori uel ſolo cordis conſenſu reſpondeat.hoc enim ſufficit ad ſalutem. Preſentetur infirmo imago crucifixi uel alterius ſancti quem ſanus et incolumis ſpecialiter uenerabatur.ſi non omnia premiſſa breuitas ſinet preponende ſunt orationes.illa preſertim que ſaluatori noſtro Jheſu criſto dirigitur.Amici etiam carnales nullatenus ſi fieri poſſit morienti puta uxor.liberi uel diuitie.ad memoriam reducantur.niſi inquantum id exigit patientis ſpiritualis ſanitas.et duꝫ alias conuenienter omitti nequit.Infirmo non detur nimia ſpes corporalis ſalutis conſequende.ingeratur potius ei prima monitio prius explicata.ſepe nanqꝫ per unam talem inanem et falſam conſolationem et incertam ſanitatis corporee confidentiaꝫ certam incurrit homo damnationem.Quinimo hortandus eſt patiens ut per contritionem et confeſſionem anime ſanitatem procuret.ꝙ et ad ſalutem corporis ſi ſibi fuerit expediens ualere poterit:et inde ſecurior atqꝫ quietior erit.

uia uero frequenter corporalis infirmitas ex anime languore ortum habet.papa per expreſſam decretalem cuilibet medico corporis diſtricte precipit.ne cuiqꝫ egroto corpoream conferat medicinaꝫ priuſꝙ de ſpiritualis medici confeſſoris ſcꝫ requiſitione eundem monuerit.hinc expediens uideretur ut in quibuſlibet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

pauperuȝ hoſpitalibus uel domibus dei ſtatuto firma
retur ne quis ibidem eger ſuſcipi poſſet qui non primo
ingreſſus die confeſſioneȝ faceret uel idoneo ſacerdoti
ad hoc deputato paratus ſe confiteri continuo preſen=
taret ut in domo dei pariſienſi laudabiliter obſeruatur

Opuſculū explicit tripartitū de preceptis decalogi,
de confeſſione et de arte moriendi editū per eximiū ſa=
cre theologie profeſſorem magiſtrū Johānem gerſon
alme uniuerſitatis pariſienſis Cancellarium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

Liber Johis leche

Spes nostra Jhesus Maria

Dum mea bursa sonat populus me laude coronat
Laus est quassata dum bursa fit vacuata

opusculum tripartitum de decem
preceptis explicit

explicit

Nix glacies et aqua tria noia res tamen una
Sic deus est trinus in personis tamen unus

Quando mulier plorat
In falsis verbis laborat

Hec tria sunt mihi spes
Jesus Maria Johannes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [2]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]